



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 29. Renatus Andegavensis relictā Neapoli in Franciam reversus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
A. C. 1442.

desistere cogebantur. Enimvero oppido mirum est, quod Ducalis hujus Domus Principes, quamvis eos tot luctuosa Prædecessorum suorum exempla, tantaque parta tuendi discrimina ab hac expeditione deterrere debuissent, nihilominus hoc regnum sibi subjicere toties aggressi sint, seque tam gravibus periculis committere sustinuerint. Ingressus est igitur Alphonsus Neapolim die secunda Junii hujus anni, postquam ejus milites a fabro cœmentario, quem fames Neapoli exire compulerat, per subterraneum aquæductum intromissi fuerant. Hujus perfidia Alphonsus Neapoli potitus, non modo incolarum vitam, sed & urbis bona a victoris militis rabie, atque direptionibus illæsa servavit, cives quoque insolita prorsus benignitate, ac humanitate profecutus est.

§. XXIX.

*Renatus Andegavensis relicta Neapoli in Franciam reversus.*

**R**enatus Andegavensis, postquam omnes prudentis Ducis, ac strenui militis partes expleverat, in arcem sese recepit: Ast cum & hujus tuendæ, urbisque recuperandæ spes omnis deesset, eo quod victrices hostium copiæ undique instarent, fuga sibi consulere constituit. Op-  
portu-



portune duæ Genuensium onerariæ, qui-  
 bus commeatus ad urbem devehebatur, Sæcul. XV.  
 A.C. 1442.  
 altera post captam Neapolim die advene-  
 rant, atque ad arcis pedem anchoras je-  
 cerant. Renatus igitur harum unam  
 conscendens, Pisas contendit, indeque  
 Florentiam ad Eugenium Papam, qui ibi  
 agebat, perrexit, & quamvis nihil inten-  
 tatum, inausumque reliquisset, ut amissa  
 recuperaret, arcesque, quas adhuc suo  
 imperio obnoxias tenebat, tueretur; cum  
 tamen de rebus suis actum esse cognosce-  
 ret, in Franciam reversus est.

Ex adverso Alphonsus, triumpho glo-  
 riam ut illustriorem redderet, quamdam Æneas loc.  
 cit.  
 muri partem disjecit, & sublimis curru  
 inaurato, quem quatuor eximii candoris  
 equi, phaleris, ceteroque apparatu pretio-  
 se ornati trahebant, urbem ingrediebatur;  
 Currum Clerici instructo agmine præ-  
 cedebant, sequebantur Regni Principes  
 ac Proceres, cuncti pedestres; Ubique Marian. l. 21  
 n. 17.  
 viæ floribus sternebantur, ac plateæ hinc Æn. Sylv. de  
 Europ. c. 65.  
 inde aulæis splendide contactæ fulgebant.  
 Hoc solo in tanta pompa moderatus  
 apparebat Alphonsus, quod lauream ca-  
 pitî non imponeret, hunc honorem soli  
 Deo cedendum ratus, ut testantur Histo-  
 rici miris laudum præconiis Regem ex-  
 tollentes.